



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Terra Junove.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A bus scedus in foro icit, Porca casa, inquit, tamen Livius quoque Porcum statuit. Sedenim apud Fe- Capite 27  
stum invenies, hanc Porcus in sacrorum Pontificalium libris scriptum esse. Porcam autem dicit Vera-  
nius, quae familiae purgandae causa Cereri itidem solita est immolari, quod pars quaedam ejus sacrifi-  
cii fieret in conspectu ejus mortui, cujus funus instituebatur. Extant autem etiam hodie sacrificio-  
rum hujusmodi vestigia Romano solo: nam veteri quodam instituto in defuncti memoriam corbes  
suillae carnis atq; etiam bubulae in frustra concisa ostiatim circumferunt, singulisq; a dibus frustum  
carnis unum impendunt, quicquid lautorem hanc faciunt viscerationem, Panem & vini sextarium abji-  
ciunt.

NUPTIALIA. CAP. XXXII.

QUI NETIAM nuptiarum initiis, antiquis Regibus Porcorum mactare mos erat. Et potentiores <sup>Mos anti-</sup>  
quique viri in Hetruria nuptialibus conviviis, novae nuptiae maritumque Diis tutelariibus Porcum <sup>quus in</sup>  
immolabant: quod etiam prisci Latini & Graeci in Italia faciebant. Unde is qui sponsam ducturus <sup>nuptiarum</sup>  
cum omnia apparasset, & spe sponsae frustratus esset, exclamavit: <sup>initia.</sup>

B *ἀπώλεν γ' ὄς, ἡ πάλαρον, ἡ γάμου*  
*Pevit quidem Sus, & talentum, & nuptia.*

Hysteria sane festa erant, quibus Sus Veneri mactabatur, Argis instituta, cujus rei meminit Callima- <sup>Ab Erasmo</sup>  
chus: quanquam apud Sicyonios omne animalium genus Veneri, ut alibi diximus, praeter unum <sup>Chil. 4.</sup>  
suum sacrificari solitum invenias. Aristoph. *Sed Veneri Porcus non sacrificatur.* Causam superius ex- <sup>cent. 1.</sup>  
posuimus. <sup>Prover. 14.</sup>

TERRA JUNOVE. CAP. XXXIII.

MACTABATUR etiam Majae, sed praegnans, quae omnino terra est, & ut ait Cornelius Labeo, <sup>Maje Dea</sup>  
nomen illi a magnitudine inditum: quae etiam in sacris Magna mater, & Opis vocabatur, cui <sup>Porcus,</sup>  
sceptrum etiam in sinistra manu addebatur, quod eam Junonis potentiam habere putabant. Quan- <sup>facer.</sup>  
quam sunt qui Majam eandem Proserpinam interpretantur, ideoque illi Porca fieri, Suemque mori-  
meruisse, quia femina, uti dictum est, pando eruerit rostro. Proserpinam vero esse vim segetum & fru-  
gum omnium per hyemem terrae abditam, per mitius vero tempus in superiori aperta regione <sup>Epipt. 2.</sup>  
commorantem, mythologi docuere. Majae autem Porcus sacer erat: quo illi cum alio quopiam nullo <sup>Georg. 1. 2.</sup>  
quam cum terra quicquam commune esse manifestius intelligamus, sitque denique, ut Flaccus ait, <sup>amica luto suo,</sup> victimae enim numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolaban-  
tur, qua in sententia Virgilius dixit:

*Et in veribus torrebimus extra columnis.*

in antipharicum scilicet: ut hostia nocens eo itidem virgulto coquatur, quod vitibus nocet: nam  
ea de causa praecipuum ab eodem fuerat, ne inter vites corylus sereretur, quanquam Festus columnum  
hastile ex cornu arbore mavult esse, quam ex corylo: contra vero Sospater Charisius columnum bar-  
barisimum esse literarum transmutatione dicit, cum sit Corylus arbor, ita enim apud eum scribitur.

HUMANA HOSTIA. CAP. XXXIV.

RELICUUM est, ut de humanis hostiis loquamur, quando constat Porcos id beneficii humano <sup>Hominum,</sup>  
generi contulisse, ut pro nobis, in hujusmodi sacrum ipsi succederent. Nam scelera illa mactan- <sup>ut & Porci</sup>  
dorum hominum ubique fere locorum admittunt, minime fabulosum habetur: manifestum siquidem <sup>mactatio</sup>  
est hujusmodi fuisse sacrificium Taurice Dianae, quod receptorum auctorum fide testatissimum vide- <sup>usitata.</sup>  
mus. Neque quidem Scythae solum haec perpetrare facinora, quos propter ingenitam barbaris <sup>ut Pompe-</sup>  
feritatem id fecisse minime mirum videtur: sed & Aegyptii antiquitus tales Junoni hostias immola- <sup>ignis Mala.</sup>  
runt. Romani quoque ipsi Jovem, quem Latialem vocabant, humanis hostiis coluere. Jam Sicinius <sup>lib. 2. c. 1.</sup>  
Dentatus multis certaminibus illustris, primus apud Romanos hoc sacrum Marti fecit. Sedenim <sup>Val. Flacc.</sup>  
alios quoque fuisse dicit Athanasius, qui postquam a bello victores rediissent, captivos per centuri- <sup>arg. lib. 2.</sup>  
as dividerent, deque singulis unum desumentes, cum Marti jugularent. Hinc Virgilian. Aeneas Pal- <sup>Juven. Sat.</sup>  
lantis fatis Manibus facturus:

*Sulmone creatos*

*Quattuor hic juvenes, totidem quos educat Ivens;*

O 3

*Aeneid. lib.*

10.

Viven-